



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Avrea Gemma Christianorvm**

**Ruben, Leonhard**

**Paderbornae, 1604**

LII. Simon Cyrenæus angariatur vt crucem Christo Domino portet.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68313](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68313)

facie sedentis super thronum, & ab ira Agni: quoniam venit dies magnus ira ipsorum: & quis poterit stare? Ibidem cap. 9. 6. Et in diebus illis querent homines mortem, & non inuenient eam: & desiderabunt mori, & fugiet mors ab eis.

VERITAS. LUC. 27. 27. 28. 29. 30. 31. Staquebatur autem illum multa turba populi, & mulierum: quae plangebant, & lamentabantur eum. Contra Iesus autem ad illos Iesus, dixit: Filiae Ierusalem, nolite flere super me, sed super vos ipsas flere, & super filios vestros. Quoniam ecce venient dies in quibus dicent: Beatae steriles, & ventres, qui non genuerunt, & ubera, quae non lactauerunt. Tunc incipient dicere montibus, cadite super nos, & collibus, operite nos. Quia si in viridi ligno haec faciunt, in arida quid fiet?

## CAPVT LII.

Simon Cyrenaeus angariatur ut crucem Christo Domino portet.

FIGVRAE. I. Haec dies expiationis, & propitiationis, in qua omnis anima affligi debet. Leu. 23. 28. 29. 30. Omne opus seruile non facietis in tempore diei huius, quia dies propitiationis est, ut propitietur vobis Dominus Deus vester. Omnis anima, quae afflicta non fuerit die hac: peribit a populis suis, & quae operis pueritiam fecerit, delicta eam de populo suo.

2. Omnis creatura Creatori in hac die conpatitur, & ingemiscit reuelationem filiorum Dei expectans. Rom. 8. 19. Nam expectant creaturae

creatura, reuelationem filiorum DEI expectat.

PROPHETIAE. Si compatimur & conregnabimus. Rom. 8. 17. Si autem filij & heredes: heredes quidē Dei, cohæredes autem Christi: si tamen cōpatimur ut & conglorificemur. Plura. cap. 34.

VERITAS. Matt. 27. 32. Exeuntes autē inuenerunt hominem Cyrenæum nomine Simonem: hunc angariauerunt ut tolleret crucem eius. Marc. 15. 21. Et angariauerunt prateruentem quempiam, Simonem Cyrenæum venientem de villa, patrem Alexandri & Rufi, ut tolleret crucem eius.

CAPVT LIII.

Venit in Golgatha locum Caluariae, & datur illi vinum cum felle mixtum ad bibendum.

PROPHETIAE. Psalm. 68. 22. Et dederunt in escam meam fel: & in siti mea potauerunt me aceto. Ierem. 2. 21. Ego autem plantavi te vineam electam omne semen verum: quomodo ergo conuersa es mihi in prauam vineam alienam? Thren. 3. 19. Recorde dare paupertatis & transgressionis meae, absinthij & fellis. Habac. 2. 15. Va qui potum dat amico suo mitens fel suum, & inebrians ut aspiciat nuditatem eius.

VERITAS. Matth. 27. 33. 34. Et venerunt in locum, qui dicitur Golgatha quod est Caluaria locus. Et dederunt ei vinum bibere cum felle mistum, & cum gustasset noluit bibere. Marc. 15. 22. 23. Et perducunt illū in Golgatha locū: quod est interpretatū Caluaria locus. Et dabāt ei bibere myrrhatū vinū & nō accepit. Luc. 23. 36. Illudēbāt autē ei & milites accedē